UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL

BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Opera Ciceronis Epistolica

**Cicero, Marcus Tullius**

**Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII.Calculo Roma**

M.T.Ciceronis epistolarvm ad T.Pomponivm Atticvm
liber octavvs.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-687

Visual Library

id mihi fraudem tulit.Plane eum, cum noſter de altero cõſulatu referret,& triumphum.Ac
quibus verbis?prorſus geſtis ampliſſimis, inimicũ habere noluerã. Ego ſcio & quem metuã,
& quam ob rem.Sin erit bellum,vt video fore,partes meę non deſiderabuntur. De HS.XX.
millib⁹ Terẽtia tibi reſcripſit.Dionyſio dum exiſtimabã vagos nos fore, nolui moleſtus eſſe.
Diẽ ex die. Tibi autẽ crebro ad me ſcribẽti de eius officio,nihil reſcripſi,ꝙ diẽ ex die expectabam,vt ſta
tuerem quid eſſet faciendũ.Nunc,vt video,pueri certe in Formiano vidẽtur hyematuri, nũ
& ego,neſcio.Si enim erit bellum,cũ Pompeio eſſe conſtitui:qđ habebo certi, faciã, vt ſcias.
Ego bellum fœdiſſimũ futurũ puto,niſi qui(vt tu ſcis)Parthicus caſus extiterit. Vale.

## M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD T.POMPONIVM ATTICVM LIBER OCTAVVS.

### T.P.ATTICO.

Redditę. CVm ad te literas dediſſem,redditę mihi literę ſunt a Põpeio.Cętera
de rebus in Piceno geſtis,quę ad te Vibullius ſcripſiſſet,de delectu
Domitii,quę ſunt vobis nota.Nec tñ lęta erãt in his literis,quas ad
me Philotimus ſcripſerat.Ipſam tibi epiſtolã miſiſſem,ſed iam ſubi-
to fratris puer proficiſcebaẽ.cras igitur mittam. Sed in ea Pompeii
epiſtola erat in extremo ipſius manu. Tu cenſeo Luceriã venias.nuſ
q̃ eris tutius.Id ego in eam partẽ accepi: hęc oppida,atq; oram ma-
Caput. ritimam illum pro derelicto habere:nec ſum miratus eũ, qui caput
ipſum reliquiſſet,reliquis mẽbris non parcere.Ei ſtatim reſcripſi,ho
minemq; certum miſi de comitibus meis:non me quęrere,vbi tutiſſi
me eſſem:ſi me vellet ſua,aut reip.cauſa Luceriã venire,ſtatim eſſe venturũ. hortatuſq; ſum
Diuinatio vt oram maritimã retineret,ſi rem frumentariã ſibi ex prouinciis ſuppeditari vellet.Hęc me
Cice. fruſtra ſcribere videbã,ſed vti in vrbe retinenda tunc,ſic nunc in Italia non relinquenda teſti
Luceria. ficabar ſententiã meã.Sic eñ parari video,vt Luceriã omnes copię contrahanẽ. Et ne is qui-
dem locus ſtabilis:ſed ex eo,ipſi ſi vrgeamur,paretur fuga.Quo min⁹ mirere, ſi inuitus in eã
Deſcẽdo. cauſam deſcendo,in qua neq; pacis,neq; victorię ratio quęſita ſit vnq̃,ſed ſemper flagitioſę,&
calamitoſæ fugæ.Eundũ,vt quęcunq; fors tulerit caſum, ſubeã potius cũ iis,qui dicunẽ eſſe
Bonorum boni,q̃ videar a bonis diſſentire.Etſi propediem video bonorũ,ideſt lautorũ,& locupletũ vr-
refertam. bem refertam fore:municipiis vero his relictis, refertiſſimã. quo ego in numero eſſem,ſi hos
Lictores moleſtiſſimos non haberẽ.Nec me A.Lepidi,Luceii,Volcatii,Ser. Sulpitii comitum
pœniteret,quorum nemo nec ſtultior eſt,q̃ L. Domitius,nec inconſtantior,q̃ Ap. Claudius.
Vnus Põpeius me mouet beneficio,non auctoritate.quã eñ ille habeat auctoritatem in hac
cauſa,qui cũ omnes Cęſarẽ metuebamus,ipſe eũ diligebat? Poſtq̃ vero ipẽ metuere cœpit,pu
tat omnes hoſtes illi oportere eſſe.Ibimus tñ Luceriã, nec eũ fortaſſe delectabit noſter aduen
tus,diſſimulare.n.non potero,mihi,quę adhuc acta ſunt,diſplicere.Ego,ſi ſomnũ capere poſ
Remunere ſem,tam longis te epiſtolis non obtunderem.Tu,ſi tibi eadem cauſa eſt, me remunerere ſane
re me. velim. Vale.

### T.P.ATTICO.

MIhi vero omnia grata,& ꝙ ſcripſiſti ad me,quæ audieras: & ꝙ non credis ea
quę digna diligentia mea non eſſent:& ꝙ monuiſti,qđ ſentiebas.Ego ad Cæ
ſarem vnas Capua literas dedi,quibus ad ea reſcripſi, quæ mecũ ille de gla-
diatoribus ſuis egerat,breueis,ſed beneuolentiã ſignificantes, nõ modo ſine
cõtumelia,ſed etiã cũ maxima laude Põpeii. Idem.n.illa ſentẽtia poſtulabat,
qua illũ ad concordiã hortabar.Eas ſi quo ille miſit,in publico proponat ve
lim.Alteras eodem die dedi,quo has ad te non potui non dare,cũ & ipſe ad me ſcripſiſſet, &
Balbus.Earũ exemplum ad te miſi.nihil arbitror fore,qđ reprehendas. ſiqua erunt,doce me.
Quomodo eñ effugere poſſum?nihil,inquies,omnino ſcripſeris,quo magis effugias eos,qui
volent fingere.Verũtamen ita faciã,quoad fieri poterit.Nam ꝙ me hortaris ad memoriã fa-
Doleo vicẽ ctorum,dictorum,ſcriptorum etiã meorũ,facis amice tu quidem,mihiq; gratiſſimum:ſed mi
Mori ꝓ pa- hi videris aliud tu honeſtũ,meq; dignũ in hac cauſa iudicare,atq; ego exiſtimẽ.mihi.n.nihil
tria & i pa- vlla in gente vnq̃ ab vllo auctore reſp. ac Duce turpius eſſe videẽ factũ, q̃ a noſtro amico fa-
tria ꝑclarũ. ctum eſt,cuius ego vicem doleo,qui vrbẽ reliquit, ideſt patriã,pro qua,& in qua mori præ-

clarum fuit.Ignorare mihi videris,hęc quanta ſit clades.es enim etiã nunc domi tuæ,ſed in-
uitis perditiſſimis hominibus eſſe diutius nõ potes.Hoc miſerius? hoc turpius quicq̃? Vaga
mur egentes cũ coniugibus,& liberis.In vnius hoĩs quotannis periculoſe ęgrotantis anima, Pompeius
poſitas omneis noſtras ſpes habemus:non expulſi, ſed euocati e patria, quã non ſeruandã ad quotannis
reditũ noſtrũ,ſed diripiendã,& inflammandã reliq̃mus. Ita multi nobiſcũ ſunt nõ in ſuburba periculoſe
nis,nõ in hortis,non in ipſa vrbe.Et ſi nunc ſunt,nõ erunt.Nos interea ne Capuæ quidẽ,ſed ęgrotans.
Lucerię.Et orã quidẽ maritimam iam relinquemus: Afraniũ expectabimus,& Petreiũ.nam in
Labieno parũ eſt dignitatis.Hic tu in me illud deſideras.nihil de me dico,alii viderint.Hic q
dem quid eſt? domi veſtrę eſtis,& eritis oẽs boni.Quis tũ ſe mihi nõ oſtẽdit? qs nũc adeſt hoc
bello? ſic iã.n.appellandũ eſt.Vibullii res geſtę ſunt adhuc maximę.id ex Põpeii literis cogno
ſces:in q̃bus aĩaduertito illũ locũ,vbi erit ipſe.Videbis,de Cn.noſtro ipſe Vibullius q̃d exiſti
met.Quo igit̃ hęc ſpectat oratio? Ego ꝓ Põpeio libẽter emori poſſum. facio pluris oĩm hoĩm Emori pro
neminẽ.ſed nõ tñ ita meo iudicio,ſpem de ſalute reip.Significas.n. aliquãto ſecus, q̃ ſolebas, Põpeio poſ
vt etiam Italia ſi ille cedat,putes cedendũ:q̃d ego nec reipu. puto eſſe vtile, nec liberis meis. ſum.
Pręterea neq; rectũ,neq; honeſtũ.Sed cur? poteris ne videre tyrannũ? quaſi interſit,audiã,an Pluris fa-
videã:aut locupletior mihi ſit quęrendus auctor,q̃ Socrates:qui cũ triginta tyrãni eſſent,pe cio &c.
dẽ porta nõ extulit. Eſt mihi pręterea p̄cipua cauſa manẽdi, de qua vtinã aliq̃ñ tecũ loquar. Socrates pe
Ego.XIIII.Cal.cũ eadẽ lucerna hãc epiſtolã ſcripſiſſem,qua inflammarã tuã, Formiis ad Põ- dem porta
peium,ſi de pace ageretur,profecturus eram:ſi de bello,videro. Vale. nõ extulit.
Lucerna eadem.

T.P.ATTICO.

MAximis,& miſerrimis reb⁹ ꝑturbatus ſum. corã tecũ mihi poteſtas delibe- Coram.
randi non eſt,ſed vti tñ tuo conſilio volui. Deliberatio autẽ omnis hęc eſt:ſi
Põpeius Italia excedat,q̃d eũ facturũ eſſe ſuſpicor, quid mihi agendũ putes.
& quo facilius conſiliũ dare poſſis,quid in vtrãq; partẽ mihi in mẽtẽ veniat,
explicabo breui.Cũ merita Põpeii ſumma erga ſalutẽ meam,familiaritaſq;,q̃ Pompeio
mihi cũ eo eſt,tum ipſa reip.cauſa me adducit, vt mihi vel conſiliũ meũ cũ cur faueat.
illius cõſilio,vel fortuna coniungẽda eſſe videatur.Accedit illud, ſi maneo, & illũ comitatũ
optimorum,& clariſſimorũ ciuium deſero, cadendũ eſt in vnius poteſtatem: qui etſi multis
rebus ſignificat ſe nobis eſſe amicũ,& vt eſſet,a me eſt(tute ſcis)ꝓpter ſuſpitionẽ hui⁹ impẽ
dentis tempeſtatis multo ante prouiſum,tñ vtrunq; conſiderandũ eſt, & quãta ei fides ſit ha
benda:& ſi maxime exploratum ſit,eũ nobis amicum fore,ſit ne viri fortis,& boni ciuis, eſſe
in ea vrbe,in qua cũ ſummis honorib⁹,imperiiſq; vſus ſit,res maximas geſſerit,ſacerdotio ſit
ampliſſimo pręditus,nõ futurus ſit ſui iuris,ſubeundũq; periculũ ſit cũ aliquo forte dedeco
re, ſiquãdo Põpeius rẽpu.recuperauerit.In hac parte hęc ſunt.Vide nũc, quę ſunt in altera.
Nihil actũ eſt a Põpeio noſtro ſapiẽter,nihil fortiter.adde etiã nihil,niſi cõtra conſiliũ,aucto Pompeii er
ritatẽq; meã.Omitto illa vetera,ꝙ iſtũ in rẽpu.ille aluit,auxit,armauit.ille legibus C.Metelli rata.
cõtra auſpicia ferẽdis auctor.ille Gallię vlterioris adiunctor. ille gener. ille in adoptando P.
Clodio augur.ille reſtituẽdi mei,q̃ retinẽdi ſtudioſior.ille ꝓuincię ꝓpagator.ille abſentis in
oĩb⁹ adiutor.Idẽ etiã tertiocõſulatu,poſtq̃ eſſe defenſor reip.cœpit,cõtẽdit,vt decẽ Tri.ple.
ferrẽt,vt abſentis ratio haberet̃:q̃d idẽ ipſe ſanxit lege quadã ſua, Marcoq; Marcello Coſ. fi-
niẽti ꝓuincias Gallias Cal.Martii reſtitit.Sed vt hęc omittã,q̃d fœdius? q̃d ꝑturbati⁹ hoc ab
Vrbe diſceſſu? ſiue potius turpiſſima fuga? Quę cõditio nõ accipiẽda fuit poti⁹,q̃ relinquẽda
patria? Malę cõditiones erãt,fateor,ſed nũquid hoc peius? At recuperabit rẽpu.Quando? aut
quid ad eam ſpẽ eſt parati? Nõ ager Picenus amiſſus? non patefactũ iter ad vrbẽ? non pecunia
omnis & publica,& priuata aduerſario tradita? Deniq; nulla cauſa,nullæ vires, nulla ſedes,
quo cõcurrant, qui rẽpu.defenſam velint.Apulia delecta eſt inaniſſima pars Italię,& ab impe Apulia.
tu hui⁹ belli remotiſſima.fuga,& maritima opportunitas viſa quęri deſperatione. Inuite ce-
pi Capuã,non quo munus ilud defugerẽ,ſed ſine cauſa,in qua nullus eſſet ordinũ,nullus ap Defugere.
tus priuatorũ dolor.bonorũ autẽ erat aliquis,ſed hebes,vt ſolet:& vt ipſe ſenſiſſem,multitu
do,& infimus quiſq; ꝓpenſis in alteram partẽ.Multi mutationis rerũ cupidi.Dixi ipſi me ni
hil ſuſcepturũ ſine p̄ſidio,& ſine pecunia.Itaq; habuit nihil oĩno negotii, ꝙ ab initio vidi,ni
hil quęri pręter fugam.Eã n ſi nunc ſequor,quonã? cũ illo non.ad quẽ cum eſſem profectus,
cognoui in his locis eſſe Cęſarẽ,vt tuto Luceriã venire nõ poſſẽ.Infero mari nobis ĩcerto cur
ſu,hyeme maxima nauigãdũ eſt.Age iã cũ fratre,an ſine? cũ filio? an quomodo? In vtraq;.n.re

ſumma difficultas erit,ſummꝰ animi dolor. Qui aũt ĩpetus illiꝰ erit in nos abſentes,fortunaſ
Populare. ꝙ noſtras!acrior,q̃ in cęterorũ:ꝙ putabit fortaſſe in nobis violãdis aliqd ſe habere populare.
Age iã has cõpedes,faſces inquã hos laureatos.hęc ferre ex Italia q̃ moleſtũ eſt!Qui aũt locꝰ
erit nobis tutus,vt iã placatis vtamur fluctibꝰ, anteq̃ ad illũ venerimꝰ!Qua aũt,aut quo,ni
hil ſcimus.At ſi reſtitero,& fuerit nobis in hac parte locus,idẽ fecero,qđ in Cinnę dñatione,
& Marii Tyrãnide Philippus,qđ L.Flaccus,qđ Q.Mutiꝰ,quoquo modo ea res huic qdẽ ceci
dit:q tñ ita dicere ſolebat,ſe id fere videre,qđ factũ eſt,ſed hoc malle,q̃ armatũ ad patrię mœ
nia accedere.Aliter Thraſibulus,& fortaſſe melius.ſed eſt certa q̃dã illa Mutii ratio,atq; ſen
Seruire tẽ- tẽtia.eſt etiã illa Philippi:& cũ ſit neceſſe,ſeruire tẽpori:& nõ amittere tp̃s,cũ ſit datũ.Sed in
pori,cũ ne- hoc ipſo habẽt tñ iidẽ faſces moleſtiã.Sit.n.nobis amicus,qđ ĩcertũ ẽ:ſed ſit,deferet triũphũ,
ceſſe. nõ accipere ne p̃iculoſum ſit! an accipe inuidioſum ad bonos!O rẽ inqs difficilẽ,& inexplica
bilẽ.Atq explicãda ẽ.Qui.n.fieri põt! Ac ne me exiſtimaris ad manẽdũ eſſe ꝓpẽſiorẽ,ꝙ plura
in ea parte verba fecerim,põt fieri,qđ ſit in multis q̃ſtionibꝰ,vt res verboſior hęc fuerit, illa
verior.Quã ob rẽ vt maxima de re ęquo aĩo deliberãti,ita mihi des cõſiliũ velim.Nauis & in
Caieta eſt parata nobis,& Brũduſii.Sed ecce nũcii ſcribẽte me hęc ipſa noctu in Caleno, ecce
Cęſar ad literę,Cęſarẽ ad Corfiniũ,Domitiũ Corfinii cũ firmo exercitu,& pugnare cupientẽ.nõ puto
Corfi. etiã hoc Cn.noſtrũ cõmiſſurũ,vt Domitiũ relinquat. etſi Brũduſiũ Scipionẽ cũ cohortibus
duabꝰ p̃miſerat,legionẽ Fauſto cõſcriptã ĩ Siciliã ſibi placere a Coſſ.duci, ſcripſerat ad Coſſ.
Sed turpe Domitiũ erit deſerere implorãtẽ eiꝰ auxiliũ:& q̃dã ſpes mihi qdẽ nõ magna,ſed in
his locis firma,Afraniũ in Pyreneo cũ Trebonio pugnaſſe,pulſum Treboniũ, etiã Fabiũ tuũ
trãſiſſe cũ cohortibꝰ.ſumma aũt,Afraniũ cũ magnis copiis aduẽtare.Id ſi eſt,ĩ Italia fortaſſe
manebiť.Ego aũt,cũ eſſet incertũ iter Cęſaris,ꝙ vel ad Capuã,vel ad Luceriã iturꝰ putabať,
Leptã ad Põpeiũ miſi & literas:ipſe ne quo inciderẽ,reuerti Formias.Hæc te ſcire volui,ſcri
pſiq; ſedatiore aĩo,q̃ ꝓxime ſcripſerã,nullũ meũ iudiciũ interponẽs,ſed exquirẽs tuũ.Vale.

T.P.ATTICO.

Dionyſium taxat. Dionyſius quidẽ tuus,potius q̃ noſter,cuiꝰ ego cũ ſatis cognoſſem mores,tuo
tñ potius ſtabã iudicio,q̃ meo,ne tuũ qdẽ teſtimoniũ,qđ ei ſępe apud me de
deras,veritus,ſuperbũ ſe p̃buit in fortuna,quã putauit noſtrã fore:cuius for
tunę nos quantũ humano cõſilio effici poterit, motũ ratione quadã guber
nabimꝰ.Cui q noſter honos!qđ obſequiũ!q etiã ad cęteros cõtempti cuiuſdã
hominis cõmẽdatio defuit!vt meũ iudiciũ reprehẽdi a Q.fratre, vulgoq; ab
Subdoceri. oĩbus mallẽ,q̃ illũ nõ efferre laudibꝰ:Ciceroneſq; noſtros meo potius labore ſubdoceri,q̃ me
aliũ magiſtrũ q̃rere. Ad quẽ ego quas literas Dii immortales miſerã!quãtũ honoris ſignificã
tes!quantũ amoris!Dicęarchũ mehercule,aut Ariſtoxenũ diceres accerſi,nõ vnũ oĩm loqua
ciſſimũ,& minime aptũ ad docendũ.ſed eſt memoria bona,me decet eſſe meliorẽ.Quibus lite
ris ita reſpõdit,vt ego nemini,cuius cauſam nõ reciperẽ(ſemp̃ enĩ ſi potero, ſi ante ſuſcepta
cauſa nõ impediar.)nũq̃ reo cuiq̃ tã humili,tã ſordido,tã nocenti,tã alieno,tã pręciſe nega
Pręcidit. ui,q̃ hic mihi,plane ſine vlla exceptione p̃cidit.Nihil cognoui ingratius, in quo vitio nihil
Ingratitu- mali nõ ineſt.Sed de hoc nimis multa.Ego nauẽ paraui: tuas literas tñ expecto,vt ſciã qd re
dinis vitiũ. ſpõdeant cõſultationi meę.Sulmone C.Acciũ Pelignũ aperuiſſe Antonio portas,cũ eſſent co
hortes quinq;,Q.Lucretiũ inde effugiſſe,ſcis.Quo Cn.noſter!Brunduſium deſertũ.Confecta
res eſt.Vale.

T.P.ATTICO.

Cum ante lucẽ.VIII.Cal.ad te literas dediſſem,veſperi eodem die ad nos ve
nit ipſe Dionyſiꝰ auctoritate tua p̃motus,vt ſuſpicor. Quid.n. putẽ aliud!
etſi ſolet eũ,cũ aliqd furioſe fecit,pœnitere.nuq̃ aũt certior fuit,q̃ in hoc
Milliario. negotio.nam qđ ad te nõ ſcripſerã,poſtea audiui,a tertio milliario tum eũ
iſſe πολλὰ μαθεῖν, καὶ ξαθυμεῖν δῆτα. Multa inqui mala cũ dixiſſet ſuo capite
(vt aiunt)ſed mea manſuetudine coniecerã in faciſculũ vna cũ tua venien
Seruũ a pe- tem ad illũ epiſtolã.hanc ad me referri volo,nec vllã ob aliã cauſam Pollucẽ ſeruũ a pedibꝰ,
dibus. meis Romã miſi.Eo aũt ad te ſcripſi,vt ſi tibi forte reddita eſſet,mihi curares referẽdã,ne in
Pendeo ani illius manus perueniret.Noui ſi quid eſſet,ſcripſiſſem.pẽdeo animi expectatione Corfiniẽſi,
mi. in qua de ſalute reip.decerniť.Tu faciſculũ,qui eſt M. Decurioni deſcriptus, velim cures ad
eũ perferendum.Tironẽq; Curio commẽdes,vt ei ſi quid opus erit,in ſumptum roges.Vale.

T.P.ATTICO.

OBſignata iam epiſtola, quā de nocte daturus erā, ſicut dedi (nā eā veſperi ſcripſerā),C.Soſius Prę.in Formianū venit ad M.Lepidū vicinū noſtrū, cuius q̄ſtor fuit.Pōpeii literarū ad Coſſ.exēplū attulit. Literę mihi a.L.Domitio ad.VIII.Cal.Mar.allatę ſunt.earū exemplū infra ſcripſi. Nūc, vt ego nō ſciebā mea ſponte intelligere,ſcio quāti reip.ſit oēis copias in vnū locū primo quoqꝫ tēpore cōuenire.Tu,ſi tibi videbit̃,dabis operā,q̄primum ad nos venias:ꝑſidii Capuę,quantū cōſtitueris eſſe ſatis,relinquas.Vale. Deinde ſuppoſuit exēplū epiſtolę Domitii,qđ ego ad te pridie miſerā.Dii immortales,q me horror perfudit.q̄ ſum ſollicitus,quidnā futurū ſit.hoc tñ ſpero,magnū nomē imperatoris fore,magnū in aduētu terrorē.Spero etiā,qm̄ adhuc nihil nobis obfuit,nihil mutaſſe,nec tegētia hoc,qđ tū fortiter,& diligēter,tū etiā mehercule.Modo etiā audiui quartanā a te diſceſſiſſe,moriar, ſi magis gauderē,ſi id mihi accidiſſet.Pylię dic,nō eē ęquū,eā diutius habere,nec id eſſe †noſtrę cōcordię. Tironē noſtrū ab altera relictū audio,ſed eū video in ſumptū ab aliis mutuatū.Ego aūt Curiū noſtrū,ſi qd opus eſſet,rogarā.Malo Tironis verecundiā in culpa eſſe,q̄ illiberalitatē Curii. Vale.

De nocte. Soſius. Horror perfudit. Quartana. †veſtrę.

T.P.ATTICO.

VNum etiā reſtat amico noſtro ad oē dedecus,vt Domitio nō ſubueniat. At nemo dubitat,quin ſubſidio vēturus ſit.Ego nō puto.Deſeret igitur talē ciuē?& eos vna,quos is ſecū habeat?ꝑſertim ex ipſo cohorteis triginta?Domitius(niſi me oīa fallunt)de ſe incredibiliter pertimuit.nihil ſpectat,niſi fugā,cui tu(video em̄ quid ſentias)me comitē putas debere eē. Ego vero quē fugiā,habeo:quē ſequar,nō habeo. Qđ em̄ tu meū cōſiliū laudas,& memorandū dicis,malle ꝙ dixerim,me cū Pompeio vinci,q̄ cū iſtis vincere?Ego vero malo,ſed cū illo Pōpeio,q tū erat,aut q mihi eſſe videbat̃. Cū hoc vero,q ante fugit,q̄ ſciat quē fugiat,aut quo, qui noſtra tradidit, q patriā reliquit, Italiā deſeruit,ſi malui,cōtigit tūc,victus ſum,quid ſupeſt?Nec iſta videre poſſum,q̄ nunq̄ timui ne viderē,nec mehercule iſtū,ꝓpter quē mihi nō modo meis,ſed memetipſo carendū eſt.Ad Philotimū ſcripſi de viatico,ſiue a Moneta,nemo.n.ſoluit,ſiue ab Oppiis tuis cōtubernalibus. Cętera appoſita tibi mandabo.Vale.

Domitio ſubueniendum eſſe. Pompeius non idem. A Moneta.

T.P.ATTICO.

CRem turpē,& ea re miſerā.Sic.n.ſentio:id demū,aut potius id ſolū eſſe miſerū,qđ turpe ſit.Aluerat Cęſarē,eundē repēte timere cœperat, cōditionē pacis nullā ꝓbarat,nihil ad bellū pararat,Vrbē reliquerat.Picenū amiſerat culpa.in Apuliā ſe cōpegerat.ibat in Gręciā.omnes nos ἀπροσφωνήτους,expertes ſui tanti,ac tam inuſitati conſilii, reliquerat. ecce ſubito literę Domitii ad illum,ipſius ad Coſſ.fulſiſſe mihi videbat̃ τὸ καλὸν ad oculos eius, & exclamaſſe ille vir,qui eſſe debuit πειθέσθων ὅ,τι χρή, καὶ παλαμάσθων δὴ τὸ σὸν ἐμοί, καὶ πεκταινέσθων. τὸ γὰρ εὖ, μετ' ἐμοῦ.at ille πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ dices,pergit Brunduſiū.Domitium autē aiunt re audita,& eos qui vna eſſent tradidiſſe. O rem lugubrem. itaqꝫ intercludor dolore. Quo ad te plura ſcribam,non habeo.tuas literas expecto. Vale.

Miſerū qđ turpe. Cōpegerat in Apuliā.

T.P.ATTICO.

EPiſtolā meā ꝙ peruulgatā ſcribis eſſe,nō fero moleſte.quin etiā ipe multis dedi deſcribēdā.Ea.n.& acciderūt iā,& impēdēt,vt teſtatū eē velim, de pace qd ſenſerim.Cū aūt ad eā hortarer eū ꝑſertim hoīem,nō videbar vllo modo facilius moturus,q̄ ſi id,ad qđ eū hortarer,cōuenire eiꝰ ſapiētię dicerē.eā ſi ad mirabilē dixi,quo eū ad ſalutē patrię hortabar,nō ſum veritus,ne viderer aſſentari,cui tali in re libēter me ad pedes abieciſſē. Qua aūt eſt, aliqd ipertias tpis,nō vt de pace,ſed de me ipo,& de meo officio vt aliqd cogitet.Nā ꝙ teſtificor,me exptē belli fuiſſe,etſi id re ꝑſpectū eſt,tñ ea ſcripſi,quo in ſuadēdo plus auctoritatis haberē, codēqꝫ ꝑtinet,ꝙ cauſam eiꝰ ꝓbo.Sed qd hęc nūc?vtinā aliqd ꝑfectū eſſet,ne ego iſtas literas in cōcione recitari velim.Siqdē ille ipe ad eūdē ſcribēs in publico ꝓpoſuit epiſtolā illā,in qua eſt, pro tuis rebꝰ geſtis āpliſſimis,amplioribusve,q̄ meis,q̄ Africani.Ita tēpus ferebat. ſiqdē etiā vos duos taleis ad quintū milliariū,qd ad hūc ipſum.vnde ſe recipiēti,qd agēti,qd acturo.quanto aūt ferocius ille cauſę ſuę cōfidet,cū vos,cū veſtri ſimiles nō modo frequēteis,ſed lęto vultu gratulāteis viderit?Nū igit̃ peccauimꝰ?minime.vos qdē.Sed tñ ſigna cōturbant̃, qbus volūtas a ſimulatione diſtingui poſſet.Quę vero S.C.video?Sed apertius q̄ ꝓpoſuerā.Ergo Ar

Teſtatum.

pini volo eſſe Pridie Cal.deinde circũ villulas noſtras errare, quas me viſurũ poſtea deſpera-
ui.εὐγενῆ tua cõſilia, & tñ pro tẽporibus nõ incauta mihi valde probant.Lepido quidẽ(nã fe
re συνδιημερεύομεν,qđ gratiſſimũ illi eſt)nunq̃ placuit ex Italia exire vllo modo.multo minus
mouebant minę.Crebro em̃ illius literę ab aliis ad nos cõmeant. Sed me illorum ſentẽtię mi
nus mouebãt,minus multa dederãt illi reip.pignora. Tua mehercule auctoritas vehemẽter
mouet.Affert.n.& reliq tpis recuperãdi rationẽ,& pſentis tuẽdi.Sed obſecro te, qd hoc miſe
rius,q̃ alterũ plauſus in fœdiſſima cauſa q̃rere! alterũ aũt offẽſiones in optima! alterũ exiſti-
Pompe. arguit. mari cõſeruatorẽ inimicorũ! alterũ deſertorẽ amicorũ! Et mehercule q̃uis amem⁹ Cn.noſtrũ
vt & facim⁹,& debem⁹,tñ hoc ꝙ talib⁹ viris nõ ſubuenit,laudare nõ poſſum. nã ſiue timuit
quid ignauius! ſiue vt quidã putãt,meliorẽ ſuã cauſam illorũ cęde fore putauit, qd iniuſti⁹!
Sed hęc omittamus.augemus em̃ dolorẽ retractando. VI.Calẽ.veſperi Balbus minor ad me
venit,occultauit occurrens ad Lentulũ Coſ.iuſſu Cęſaris,cũ literis,cũ mandatis, cũ promiſ-
ſione prouincię,Romã vt redeat.cui perſuaderi poſſe non arbitror,niſi erit cõuentus.Idẽ aie
bat,nihil malle Cęſarem,q̃ vt Pompeiũ aſſequeret:id credo. vt rediret in gratiã,id nõ credo,
& metuo ne omnis hęc clementia ad vnã illam crudelitatẽ colligatur. Balbus quidem maior
Cęſaris poſtulata. ad me ſcribit,nihil malle Cęſarẽ,q̃ principe Pompeio, ſine metu viuere. Tu puto hęc credis!
Sed cum hęc ſcribebam.V.Cal.Pompeius iam Brunduſium poterat veniſſe.Expeditus enim
Plenũ cum ablatiuo. antecеſſerat legiones.XI.Luceria.Sed hoc τέρας horribili vigilantia,celeritate, diligentia eſt
plenum.Quid futurum ſit,neſcio. Vale.

T.P.ATTICO.

Dionyſii ſi multas occulta. DIonyſius cũ ad me pręter opinionẽ meam veniſſet, locutus ſum cum eo li-
beraliſſime.tẽpora expoſui.rogaui vt diceret, quid haberet in animo:me ni
hil ab ipſo inuito contẽdere.reſpondit ſe,qđ in nũmis haberet,neſcire quo
loci eſſet.alios nõ ſoluere,aliorum diem nondũ venire.Dixit em̃ alia quędã
de ſeruulis ſuis,quare nobiſcũ eſſe non poſſet.Morem geſſi:dimiſi a me, vt
magiſtrũ Ciceronum non libenter:vt hominẽ ingratum,non inuitus. Vo-
lui te ſcire,quid ego de eius facto iudicarem. Vale.

T.P.ATTICO.

QVod me magno animi motu perturbatũ putas,ſum equidẽ: ſed nõ tam ma
gno,q̃ tibi fortaſſe videor.Leuatur em̃ oĩs cura,cũ aut cõſiſtit conſiliũ, aut
cogitando nihil explicat.lamentari autem licet.illud tamen totos dies: ſed
vereor,ne nihil cum proficiam,etiam dedecori ſim.In ſtudiis, ac literis no-
ſtris conſumo omne tempus,conſiderans quanta vis ſit illius viri,quem no
ſtris libris ſatis diligenter(vt tibi quidẽ videmur)expreſſimus.Tenes ne igi
tur moderatorem illum reipu.quo referre volumus omnia! nam ſic quinto, vt opinor, in li-
Moderator reipub. bro loquitur Scipio. Vt enim gubernatori curſus ſecundus,medico ſalus, imperatori victo-
ria:ſic huic moderatori reipu.beata ciuiũ vita propoſita eſt,vt opibus firma,copiis locuples,
Lib.de rep. gloria ampla,virtute honeſta ſit.Huius em̃ operis maximi inter hoĩes,atq; optimi illũ eſſe ef
Diuinatio. fectorem volo. Hoc Cn.noſter,cũ antea nunq̃,tum in hac cauſa minime cogitauit. Domina
Dñatio q̃ſita. tio quęſita ab vtroq; eſt,non id actũ,beata,& honeſta ciuitas vt eſſet.Nec vero ille Vrbẽ reli
quit,ꝙ eam tueri nõ poſſet,nec Italiã ꝙ ea pelleretur,ſed hoc a primo cogitauit: omneis ter
ras,omnia mari amouere,Reges barbaros incitare,genteis feras armatas in Italiã adducere,
exercitus conficere maximos.Genus illud Sullani regni iampridẽ appetitur multis, qui vna
ſunt,cupientibus.An cenſes nihil inter eos conuenire! nullam pactionem fieri potuiſſe! Ho-
Scopos. die poteſt,ſed neutri σκοπὸς eſt ille,vt nos beati ſimus. vterq; regnare vult. Hæc a te inuita-
tus breuiter expoſui. Voluiſti.n.me,quid de his malis ſentirem, oſtendere. προθεσπίζω igitur
noſter Attice,non ariolans vtilia,cui nemo credidit, ſed coniectura proſpiciens, iamq; maio
Malorum Ilias. ra magno tumultu.non multo inquam ſecus poſſum vaticinari. tanta malorum impendet
Ἰλιάς.Atq; hoc noſtra grauior eſt cauſa,qui domi ſumus,q̃ illorũ,qui trãſierunt: ꝙ illi quidẽ
alterum metuũt,nos vtrũq;.Cur igitur inquis,remãſimus! vel tibi paruimus, vel nõ occurri
mus,vel hoc fuit rectius.Cõculcari inquã miſerã Italiam videbis proxima æſtate ab vtriuſq;
mãcipiis ex omni genere collectis:nec tã irruptio pertimeſcẽda,q̃ Lucerię multis ſermonibus
denũciata eſt,q̃ vniuerſę interitus.tãtas in obligãdo vtriuſq; vires video futuras.Habes con
Cęſar quid Ciceroni. iecturam meã.Tu aũt conſolationis fortaſſe aliqd expectaſti. Nihil inuenio,nihil fieri poteſt
miſeri⁹,nihil ꝑditius, nihil fœdius. Qꝫ q̃ris,quid Cęſar ad me ſcripſerit:qđ ſępe,gratiſſimũ

ſibi eſſe,ꝙ quierim,oratq; in eo vt perſeuerẽ. Balbus minor hæc eadẽ mandata dat. iter autẽ
eius erat ad Lentulũ Coſ. cũ literis Cęſaris,pręmiorũq; promiſſis,ſi Romã reuertiſſet. Verũ Reuertiſſet
cũ habeo rationẽ dierũ,ante puto tranſmiſſurũ, q̃ potuerit coueniri. Epiſtolarũ Põpeii dua-
rum,quas ad me miſit,negligentiã,meãq; in reſcribẽdo diligentiã volui tibi notã eſſe.earum
exẽpla ad te miſi.Cęſaris hic per Apuliam ad Brunduſium curſus quid efficiat expecto. vti-
nam aliquid ſimile Parthicis rebus. Simulatq; aliqd audiero,ſcribã ad te:tu ad me velim.Bo Simulatq;.
norum ſermones Romę frequentes eſſe dicunt.Scio equidẽ te in publicũ non prodire,ſed tñ
audire te multa neceſſe eſt. Memini tibi librũ afferri a Demetrio Magnete. ad te miſſum ſcio
περὶ ὁμονοίας.eum mihi velim mittas.Vides,quam cauſam mediter. Vale.

CN.POM.PROCONS.M.T.CICERO.IMPE.S.

QVintus Fabius ad me venit ad.IIII.Id.Feb.Is nunciat L. Domitiũ cũ ſuis cohorti-
bus.XI.& cũ cohortibꝰ.XIIII.quas Vibullius adduxit,ad me iter habere:habuiſſe Iter habere
in animo proficiſci Corfinio,& ad.V.Id.Feb.C.Hirciũ cũ.V.cohortibus ſubſequi.
Cenſeo ad nos Luceriã venias,nã te hic tutiſſime puto fore. Vale.

M.T.C.CN.POM.PROCONS.S.

AD.XV.Calẽ.Martii Formiis accepi tuas literas, ex quibus ea, q̃ in agro Pi- Accepi.
ceno geſta erant,cognoui cõmodiora eſſe multo, q̃ vt erat nobis nunciatũ:
Vibulliiq; virtutẽ,induſtriãq; libẽter agnoui.Nos adhuc in ea ora, vbi præ
poſiti ſumus,ita fuimus,vt nauẽ paratã haberemus.ea eñ audiebamꝰ, & ea
verebamur,vt quodcũq; tu cõſiliũ ꝑcepiſſes, id nobis perſequẽdũ putaremꝰ.
Nunc qm̃ auctoritate,& cõſilio tuo in ſpe firmiore ſumus,ſi teneri poſſe pu
tas Tarracinã,& oram maritimã,in ea manebo,etſi pręſidia in oppidis nulla ſunt.nemo enim
noſtri ordinis in his locis eſt,ꝓter M.Oppiũ,quẽ ego Minturnis eſſe volui,vigilantẽ hominẽ Oppius.
& induſtriũ.nã L.Torquatũ virũ fortẽ,& cum auctoritate Formiis non habemus : ad te pro Torquatꝰ.
fectum arbitramur.Ego oĩno,vt ꝓxime tibi placuerat, Capuã veni eo ipſo die, quo tu Thea Theano Si
no Sidicino es ꝓfectus.volueras eñ me cũ M.Cõſidio Propretore illa negotia tueri.Cũ eo ve dicino pro
niſſem,vidi amplũ delectũ habere diligẽtiſſime,ab eo accipere Libonẽ ſumma itẽ diligẽtia, & fectus.
in illa Colonia auctoritate.Fui Capuę,quoad Coſſ.iterũ,vt erat dictũ ab Coſſ.veni Capuã ad
Non.Feb.Cũ fuiſſem triduũ,recepi me Formias. Nũc qđ tuũ conſiliũ, aut quæ ratio belli ſit,
ignoro.Si tenendã hanc orã putas,q̃ opportunitatẽ, & dignitatẽ habet, & egregios ciues,&
vt arbitror,teneri poteſt,opus eſt eſſe,qui ꝑſit.Sin oĩa in vnũ locũ cõtrahenda ſunt,non du-
bito,quin ad te ſtatim veniã,quo mihi nihil optatius eſt, idq; tecũ quo die ab Vrbe diſceſſi-
mus locutus ſum.Ego ſi cui adhuc videor ſegnior fuiſſe,dũ ne tibi videor,non laboro: & tñ
ſi,vt video,bellũ gerendũ eſt,confido me oĩbus facile ſatiſfacturũ.M.Tulliũ meum neceſſariũ
ad te miſi,cui tu,ſi tibi videretur,ad me literas dares. Vale.

CN.POM.PROCONS.M.T.CICERO.IMPE.S.

TVas literas libenter legi.Recognoui eñ tuã priſtinã virtutem etiã in ſalute
cõmuni.Coſſ.ad eũ exercitum,quem in Apulia habui,venerunt.Magnopere
te hortor pro tuo ſingulari,perpetuoq; ſtudio in rẽpu.vt te ad nos cõferas,
vt cõmuni cõſilio reipu.afflictę opem,atq; conſiliũ feramus.Cẽſeo via Appia Via appia.
iter facias & celeriter Brunduſium venias.Cura vt valeas.

M.T.CICERO.CN.POMP.PROCONS.S.

CVm ad te literas miſiſſem,q̃ tibi Canuſii redditę ſunt,ſuſpitionẽ nullã habe
bam,te reip.cauſa mare tranſiturũ,erãq; in ſpe magna,fore vt in Italia poſ-
ſemus aut concordiã conſtituere,qua mihi nihil vtilius videbaẗ, aut remp.
